Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 217



Ut ergo vox sibi restitueretur. ymnũ Ut
queant laxis. ⁊c. ad honorẽ sancti Johan
nis baptiste composuit. vbi i principio vo
cem sibi peciit restitui. sicut ⁊ zacharie resti-
tuta fuit. Scd'm q̃ dicit Joh. beleth ossa
mortuorũ animaliũ vndecũq̃ collecta hac
die ab aliquibus comburũtur. Cuius du
plex ẽ causa vt ait Jo. beleth. Una ex anti-
que institucionis obseruantia. Sunt enim
quedã animalia que dracones vocant̃ que
in aere volant. in aquis natant. in terra am
bulant. Quandoq̃ eñi dum per aera ãbu-
larent: ad libidinem concitabantur. ⁊ i pu
teis ⁊ in aquis fluuialib⁹ sperma iactabãt.
⁊ inde sequebatur letalis annus. Contra
hoc igitur istud fuit inuentum remediũ: vt
de ossibus animaliũ rogus fieret: ⁊ sic ta-
lia animalia fumus fugaret. Et quia istud
maxime hoc tempore fiebat. ideo adhuc in
aliquibus locis obseruatur. Alia causa est
ad representandum. q̃ ossa sancti Johan-
nis in sebaste ciuitate ab infidelibus cõbu
sta fuerunt. Ferũtur etiam facule ardẽtes:
quia Johannes fuit lucerna ardẽs ⁊ lucẽs
Et rota vertitur. quia sol tunc in circulo des
cendit. ad significandũ q̃ fama Johannis
qui christus putabatur descendit sm̃ q̃ ip
se testimoniũ p̃hibuit. di. Me oportet mi
nui. illum autem crescere. Hoc significatũ
est sm̃ q̃ dicit Aug. in eorum ortibus ⁊ in
eorum mortibus. In eorum ortibus quia
circa natiuitatem sancti Johannis baptiste
incipiunt dies crescere. Juxta illud. Sol
sticium decimo christum preit atq̃ iohan-
nem. Iterum in eorũ mortibus: quia cor
pus christi in cruce est exaltatum: cum cor
pus iohannis capite fit minoratũ. Refert
Paulus in hystoria longobardorũ q̃ Ro
charich rex longobardorum iuxta ecclesiã
sancti Johannis baptiste cum multo orna
tu sepultus fuit. Quidã vero cupiditate il
lectus nocte sepulchrũ aperiens abstulit v
niuersa. Cui Johannes apparens ait Cur
voluisti tangere mihi commissum. ecclesiã
meã ingredi de cetero non valebis. q̃d vti-
q̃ sic euenit. Nam q̃ñcunq̃ predictã eccle
siam intrare volebat quasi a validissiõ pu
gile guttur eius feriebatur. ⁊ sic subito re-
tro ruebat.

## De sanctis Johanne ⁊ Paulo.

Johãnes et Paulus
primicerij ⁊ prepositi ↄstantie filie ↄstanti
ni Augusti fuerunt eo tempore cum gens
sithica daciam ⁊ traclam occuparet ⁊ Gal
licanus dux romani exercitus contra gen-
tem illam mitti deberet. Constantiam filiã
constantini sibi pro mercede laboris in vx
orem dari petebat. Quod ⁊ romani prin
cipes instantius fieri postulabant. Pat' ãt
plurimũ tristabatur sciens filiam postq̃ a
beata agnete sanata fuerat in virginitatis
proposito positam facilius occidi posse q̃
ad consensum inclinari. Uirgo tñ deo con
fidens patri consulit vt eam sibi spondeat
cum victor rediret. Uerumtñ duas filias su
as quas ex vtero defuncta susceperat idem
Gallicanus secũ manere p̃mitteret. vt per
eas mores ⁊ votum patris scire posset. ⁊ ip
se duos prepositos suos Johannẽ ⁊ pau
lum sibi concederet in spe quasi firmitatis
maioris rogans deum vt filias ⁊ ipsũ ad
deum conuerteret. Quod vt omibus pla
cuit. Gallicanus assumptis Johãne ⁊ pau
lo et copioso exercitu proficiscitur. sed ta-
men a sithicarum gente exercitus frangit̃
⁊ in vrbe Traciarum de hostibus obside-
tur. Tunc accedentes Johannes ⁊ Pau
lus eidem dixerunt. Fac votum deo celi. ⁊
eris victor melius q̃ fuisti. Quod cum fe
cisset iuuenis ferens i humero crucem sibi
apparuit ⁊ dixit. Sume gladium tuum et
sequere me. quẽ ille accipiens per media
castra iuit. ⁊ ad regem vsq̃ deueniens illũ
q̃ occidens: solo timore vniuersum subiu
gauit exercitum. Et hos romanis fecit tri
butarios. Duo quoq̃ viri armati eidem
apparentes eũ hincinde cõfirmabant. Fa

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0216
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG